

Universitätsbibliothek Paderborn

Mater Amoris Et Doloris

Ginther, Anton

Augustæe Vindelicorum, 1711

VD18 15312348

Consideratio X. B. Virgo Dolorosa ab Angelo gratia plena denuntiatur, unde & nobis à Deo gratiam poterit impetrare. Emblema. Luna plena Orbem illuminans cum lemmate: Plena sibi & aliis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47286

********* CONSIDERATIO X.

B. Virgo Dolorosa ab Angelo gratia plena denun? tiatur, unde & nobis à DEO gratiam poterit impetrare.



Ave gratia plena. Luc. 1. 28.

Scut sol est fons luminis, imò ipsa plenitudo lucis, à quo cætera cœli sidera suam lucem participant ; sic Divinissimum COR JESU est verus fons lucis, ac principium universale, à quo omnes gratiæ, velut radij in genus humanum derivantur, ac transfundun-

fur; neque ullus gratiæ effectus in aliqua creatura reperiri potest, quem non promeruit hoc Sacratissimum COR JESU, unde Apostolus: Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & di- Col. 1, 19; Mater Dolorofa.

ij

go. r. 16. lectus Christi Discipulus : De plenitudine ejus omnes accepimus, & gratiam pro gratia, &c.

Huie mystico & Divino justitiæ Soli quam proxime accedit B. Virgo MARIA, in cujus Sacratissimum Cor & animam ex speciali prærogativa ob dignitatem Matris DEI omnis plenitudo gratiarum accli. 24.25. transsusa est, unde ipsa ait: In me gratia omnis via & veritatis, in

me omnis spes vite & virtutis; hinc & ab Angelo salutarur: Gratd
Rich. à S. plena, & in tantim plena, air Richardus à S. Laurentio, ut ex tuo
Laur. lib. 1. redundante totus bauriat mundus. Et S. Bernhardus: Plena sibi, suc. 4. perplena nobis. 95 de plenitudine eius omnes accepimus. Projude pro

perplena nobis, & de plenitudine ejus omnes accepimus. Proinde pro Symbolo nostro recte lunam plenam, & persectam statuimus; sicut aquaduct, enim luna plena dominatur terræ, & obscuram noctis caliginem adeò illuminare assolet, ut homines in ea videre, iter peragere, acres suas persecre possior, haud secus ac si dies esset; ira B. Virgo, quam

S. Ephrem. S. Ephrem lumen totius orbis appellat, terrigenis. & in nocte hujus de Land. fæculi errantibus clara gratiarum luce præfulget, unde Lemma;

Plena sibi, ac alijs.

Ira est d' Beatissima! verè gratia plena es non tibi tantum, quis Inc. 1. 30. invenisti gratiam apud DEUM, sed & nobis misellis, pro quibus in-Lyr. bie. tervenisti; ita Lyranus: invenisti gratiam, inquit, non solum pro te; sed etiam pro toto humano genere. Hinc Regius Vares, cum in spiri-

tu prævidisser, Filium DE I ex hae intemerata Virgine incarnanPsal 17. 10. dum, stupore plenus exclamavit: Inclinavit cælos & descendit, &c.
Hugo Card. supra quod peraccomodè ad nostrum conceptum observat Hugo Care
in Luc. 1. dinalis, quòd DEUS jam priùs, hoc est, in primo animationis hus
jus Virginis instanti omnes paradis rheseuros in Cor eius effiderit.

jus Virginis instanti omnes paradisi thesauros in Cor ejus essuderit, verum cum ipte de sinu Patris in hane terram ad redimendum huma-

S. Hier, ser. num genus descendit, tunc ait Hugo: Inclinavit colos sient vas, no de Assumpt. totum essenderet in Cor MARIA; & S. Hieronymus: Cateris per para B. V. tes prastatur; MARIA verò simul se tota infudit gratia plenitudo. O Clientes Mariani, audite ipsam vestram SS. Matrem loquentem, &

Eceli. 24.26. affectum plane materno vos, tanquam filius ad se invitantem: Trausite, inquit, ad me omnes, qui conenpiscitis me, & à generationibus
meis implemini.

2. De Abigail muliere prudente & formosa perhibent sacti Regum Annales, quòd gratiam invenerit in oculis Davidis irati, dum enim jam cædes, & ruinam domûs Nabal spirarer, eum prudens, & lim guæ

prud

lis di

per t

ocnlo

Affu

rem

mi e

unde

tiam

rany

vel 1

vinit

O an

tio I

illi,

equit

de h

para

drac

ftud

dem

ret:

inve

tant

erat

Ron

man

lier

elt,

topa

guæ suada mulier mirum in modum placavit, & exitium à domo sua 1. Reg 25.3g. prudentissime avertit : cum autem vidisset Abigail David, festinavit, &c.

Ruth pauper illa Moabitis, quia humiliavit se, gratiam in oculie divitis Booz invenit: Que cadens in faciem suam, & adorans su-Ruth. 2. 20. per terram, dixit ad eum: Unde mibi boc, ut invenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem?

Esther ob raram & sormæ & morum elegantiam apud Regem
Assurum præ omnibus alijs puellis oblatis gratiam invenit singularem, ut despectis cæteris omnibus in Reginam eligeretur: Que pla-Esther 2. 9

cuit ei, & invenit gratiam in conspellu illius.

B.

lli

惟

1

10

(a

ro

ur

05

m

er,

19

(4

14

۲,

uğ.

ď

Et ad quid istæ gratiæ humanæ? Umbræ sunt, & ad instar sumi evanescunt; MARIA autem invenit gratiam in oculis Domini, unde ad eam Archangelus; Ne timeas MARIA, invenisti enim gra-Luc. 1.30. tiam apud DEUM. Et quid plus dicere poterat cœlestis ille Patanymphus? Unus Divinæ gratiæ gradus, air Doctor Angelicus, & s. Th. Aq.12. vel minimus universis mundi divitijs & thesauris longè præstat, cùm Di-q. 113. a. 9. vinitatis sit quædam participatio, Divinæ nos consortes naturæ essiciens.

O anime mi! considera hîc, quantum te oporteat allaborare, ut ejusmodi Divinæ gratiæ sias particeps; quid enim DEO tibi propitio nocere potest? Et si Dominus pro te, quis contra te? Timeant illi, qui gratiam DEI non habent, nec quærunt: O quam suaviter Th. Kemp. de equitat, quem gratia DEI portat!

3. Progrediamur ulterius, & scrutemur Scripturas, quia ipsæ de hac veritate luculentum perhibent restimonium. Nota est illa parabola, quam Christus proponit de Musiere, quæ decem quondam drachmas habuit, ex quibus unam perdidit, quam summo exinde studio, & labore indesesso quæsivit, nec antea destirit, donec tandem per accensam lucernam eam summo animi cum gaudio reperitet: Accendit lucernam, everrit domum, & quærit diligenter, donec Luc. 15. 25 inveniat. Et nunquid, dices, operæ prerium suit, ut unica drachma tanto studio ac diligentia inquireretur? Ad quid una drachma, quæ erat una pars unciæ, nec plus valens, quam Julium, seu Paulum Romanum, vel Regalem Hispanicum, in nostra autem moneta Ger-

manica vix 12. Cruciferos?

Adverte prudens Lector! non vile hic latet mysterium. Mulier illa Evangelica juxta B. Albertum M. beatissima Virgo MARIA B. Albert. est, per drachmam verò amissam gratia originalis denotatur, pro-M. in Luc. soparentibus nostris à DEO quondam communicata; hanc ipsi in

lis

u

177

68

N

S. Chryfol. ferm. 143. paradiso per peccatum perdiderunt. Quid agit beatissima Virgo? Querit diligenter, donec inveniat; in quem sinem, accendit lucernam, hoc est; paravit Cor suum, tanquam lucernam ardentem, liquorem pinguissimum persectionis infundens, jugibúsque suspirijs acgemitibus pro redemptione humani generis apud DEUM interpellans. O quoties in templo, in quo per undecim annos commorabatur, cum Mouse in colum ingeminaviri. Si investi questione in confessione.

Exod. 33. 13. cum Moyse in cœlum ingeminavir: Si inveni gratiam in conspessa tuo, ostende mibi faciem tuam. Et Ecce tandem hæc purissima Virgo exaudita est pro sua reverentia, venit enim de cœlo Nuncius: Ne ti-

meas MARIA, invenisti enim gratiam apud DEUM; ecce concipies in utero, & paries silium, & vocabis nomen ejus sESUM. O gratia super gratiam: Hac est illa gratia, ait S. Chrysologus, que dedit cœlis gloriam, terris DEUM, sidem gentibus, sinem vitijs, vita ordinem,

moribus disciplinam. Proinde hæc SS. Virgo longè meliori jure, quam tue. 15.9. mulier illa Evangelica adamicas sibi animas exclamare poterat: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, &c. O dulcissima Virgolomnes tibi congratulamur in unum, quia invenisti hanc drachmam perditam, gratiam videlicet Divinam, rogamusque te impensissimè indignissimi licet clientes tui, ut & nobis mileris à Filio tuo, apud quem non est impossibile omne verbum, gratiam ad omne bonum essicacem, ac tandem in morte sinalem, que sub nullius cadit messirum importante dispositiones.

S. Bernh. ritum, impetrare digneris: Sit pietatis tue, 6 MARIA, ait Melliserm. 4 Af fluus tuus, ipsam, quam apud DEUM invenisti gratiam, notam facere
sumpt. f. 36 mundo, reis veniam, medelam agris, pusilis corde robur, afflicis consolationem, periclitantibus adjutorium & liberationem sanctis tuis precibus
obtinendo, &c.

4. Observemus alium ex Scriptura conceptum non minore consideratione dignum. Cùm Josias Rex pijslimus, destructis sanis & idololatris, & combustis eorum idolis, Domum DEI hactenus magna ex parte desertam, restaurare intendisser, invenerunt Sacerdotes librum Legis intra muros templi absconditum, quem mox Helcias Sacerdos ad Sapham, & hic ad Regem derulir. Et ecce cùm justu Regis publicè iste liber legeretur, ventum est ad minas ac pœnas, quas DEUS populo suo ob communissima scelera intentaverat, ad quod Rex præsentiens iratum DEUM, præ mœrore & dolote animi vestimenta regia disrupit, misitque sine mora Legatos ad Holdam Prophetidem, rogans eam, quarenus DEUM desuper consuleret, sibíque exinde Divinum referret responsum. Erat autem hæ

B. Virgo gratia plena.

85

Holda & prudentià & sanctitate, & in exponendis Divinis oraculis illo ævo apud omnes venerabilis ac celebris, quæ inter alia, ubi DEUM consuluit, hoc nuncij ad Regem remisit: Hec dicit Do- 4.Reg-22.18; minus DEUS Israël, pro eo, quòd audisti verba voluminis, & pertervitum est cor tuum, & scidisti vestimenta tua, & seventi coram me, & ego audivi, ait Dominus, ideireo colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace, ut non videant oculi tui omnia mala, que industrus sum super locum issum. Res mira! & nunquid tunc temporis intervallo adhuc in vivis erat Jeremias Propheta? Nunquid & alij viri & sanctitate, & prudentià celeberrimi tunc vivebant, qui sutura poterant prædicere, & hoc Legis volumen Regi explicare? Quare ergo relictis viris, Rex à muliere discupit audire consisium & oraculum?

Responder Baëza, quia Josias Rex, prævidens vindictam Di-Baëza l. r. vinam sibi & populo imminentem: per Holdam, mulierem sanctam . 5. 5. 5. & DEO acceptam benignum exspectabat responsum, solent enim mulieres cor magis clemens ac benignum, quam viri habere, ideò per dictam Holdam (B. Virginis MARIÆ typum, quæ plus quam Prophetissa fuit) non tam DEUM consulere, quam & sibi placare studuit; & pergit citatus Baëza : Ego autem omnes monuerim , qui volunt à DEO responsum misericordiæ accipere; ut consulant eum per MARIAM, nam longè cor ejus abest à justiria vindicativa, nec mortem peccatoris, sed vitam inquitit, propter peccatores enim facta est Mater DEI. Audite pro vestra consolatione Hugonem Cardinalem: Currant, inquit, peccatores ad Virginem, qui gratiam ami. Hugo Card. ferunt peccando, & eam invenient apud eam, bumiliter falutando, & in Luc. 1. secure dicant : Redde nobis rem nostram, quam invenisti; nec negare poterit, se invenisse, quia boc Angelus attestatur, ait enim, invenisti gratiam apud DEUM, &c. Et quia gratia plena est, poterit fine dubio eriam suis cultoribus & amatoribus gratiam à DEO impetrare, alias non esser gratia plena. O hæretici, o Sectarij! ah capite verbum hoc, & discire honorare, discite salutare MARIAM, Rom, 46 6. que multum laboravit in vobis.

5. Desideras anime mi, plura de hac veritate argumenta? Observa. Postquam DEUS universorum Dominus cœlum & terram ex nihilo sui produxit, & nunc aquam ab arida in unum locum separavit, ingentem illum aquarum abyssum appellavit MARIA: Congregentur aqua, qua sub cœlo sunt in locum unum....Congrega-

Gen. I. g.

tionesque

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

50

m,

104

ge.

ns.

ur,

40,

eX.

ti-

in in

fu-

elis

771,

àm

0114

nes

di.

in-

bud

um

ne"

lli.

ere

10-

bus

)IIe

8

124

10-

el*

ren Tim

at,

ol.

fu.

æ¢

ol-

fis t

JHH17

cui t

pitia

per p

Aute

MA

Don

1 S

mun

in u

grati

Phil

lenti

mag

tali,

Silea

gni i

te pi

tron

anni jejur

illiu

de b

Tim

tare

mna

tur,

hoc

peri

Vere

fung

in i

tionésque aquarum appellavit maria; & cur maria? Respondet ad rem S. Bonav. in Seraphicus Bonaventura & S. Chrysologus, MARIAM esse mare Spec. Virg. gratiarum, in quo mystico mari Pater æternus ob dignitatem Filip voluit, ut omnes gratiæ & gratiarum omnium sluenta congregation. fer. 146. Corde MARIÆ in uno loco reperies; virtutes videlicet omnes, metita omnia, omnes prærogativas, gratias & charismatum dona,

Eccli. 24. 16. ut in veritate illa dicere poruerit: In plenitudine Sanctorum detentio Hugo Card, mea. Audi rursus Hugonem Cardinalem: Per mare, inquit, intelim Eccl. 2. 7. ligitur Virgo MARIA, in quo omnia flumina gratiarum & donorum spiritualium intraverunt cum ipso sonte; & non redundavit MARIA,

id est, non intumnit per superbiam, &c.

O felix Esther, humilis & sublimis, pauper & dives, ancil·la & Regina, de qua sacræ recensent paginæ, quòd, cùm non vocata ad Regem Assuerum, in throno auro, gemmisque coruscante tunc sedentem, introisset, eumque primo aspectu terribilem, & scintillantibus oculis formidabilem suisset conspicata, ex tanta perculsa majestate semel, iterumque animæ deliquium passa sueri; quod videns Rex de solio surrexit, & extenso in eam sceptro regio, suam ei clementiam & gratiam insinuavit: Que accedens, osculata est sume

**Efther. 5. 2. ei clementiam & gratiam insinuavit: Que accedens, osculata est summitatem virga, dixitque ad eam Rex: Quid vis Esther Regina? Que est petitio tua? Etiamsi dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi.

Cærerùm quòd hæc Regina Esther typus SS. V. MARIÆ suerit, nemo Christianorum ignorat, per quam DEUS generi humano offensus, mirum in modum & placatus, & reconciliatus est: Invenisti enim gratiam apud DEUM. Quòd autem Esther summitatem aureæ illius virgæ tenuerit, & osculata suerit, pulcherrimam rationem assignat Doctor Angelicus: Summitatem virgæ, inquit, Virganonic.lib, go beata tetigit, quando Filium DEI in utero concepit, & sic dimizionem concepit, & sic dimizionem assignat DEI impetravit, ut ipsa sit Regina MISERICORDIÆ, cujus Filius est Rex JUSTITIÆ. Ex his considera anima Christiana, qualibus donis ac gratijs benignissimus DEUS Cornel.in e. SS. Cor & animam Sacratissimæ Matris suæ repleverit: Illi enim

Cornel in c. SS. Cor & animam Sacratissimæ Matris suæ repleverit: Illi enim Esth.c. 16. quasi Matri suæ, sunt verba Cornelij à Lapide, Christus nihil negare potest: Quare summum DEI in homines post Verbum incarnatum benesticum est beata Virgo, hanc enim nobis dedit, ut per eam omnia ab ipso impetremus, ut ipsa nobis omnes clementia, Omnipotentia & Divinita.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN fis thefauros aperiat, omnes gratias in eis reconditas largiaine per Filinme

O dulcissima Virgo MARIA! O Domina rotius universi! cui ulteriùs te comparabo? Et nunquid SS. Cor tuum illud altare propitiationis est, de quo jam pridem Ifaias vaticinatus est: Offerentur su- 1/a. 60. 3 per placabili altari meo, 🥞 domum Majestatis mez glorisicabo ? Nota hicprudens Lector: Placabili, hoc est in alcari DEUM placante; quid autem DEUM iratum magis placavie, quam purissimum Cor MARIÆ? MARIA, sunt verba Richardi à S. Laurentio, dicitur altare placationis Rich. & S. Domini, qui placatur erga peccatores, chm super boc altare offerunt dona, Laur. l. z. de & Sacrificiasna, &c. Hinc & ab Andrea Cretensi appellatur: Com- Andr. Cret. mune reconciliatorium. O peccatores omnes, dives & pauper, omnes orat. 2. de in unum, accedite ad hoc placationis altare, ad SS. Deiparam plenam Assumpt. gratia, plenam mifericordia; & fi Paulus gentium Doctor dilectos fuos Philippenses in corde suo gestaffe gloriarur : Sient est mibi justum boe Philipp. 1.7. sentire pro omnibus vobis, eò quòd habeam vos in corde meo; quanto magis ô clientes! ô filij Mariani! hæc SS. Marer nostra in hac vita mortali, ac tune demum in supremo mortis articulo vestri curam habebit? Sileat, inquir Mellifluus, mifericordiam tuam beata Virgo, fiquis eft, S. Bernh. fer. qui invosatam te in necessitatibus suis fibi meminerit defuisse.

Verùm hîcobjectabit mihi nonnemo: Ego tenero & filiali amo. Jumps. B. F. te prosequor beatissimam Virginem, eámque mihi in Dominam, Patronam & Advocatam, imò & in Matrem meam jam à primis vitæ annis elegi: Ego soleo in illius honorem singulis diebus Sabbathinis jejunare, Officium & Rosarium illi dicere, & hæc & illa in honorem illius facere, &c. Concedo totum; si moribus non contradicis, valdebene agis; sed præsumptuosè in illam agere, & sperare, & intestim in peccatis mortalibus hærere, est seipsum in gehennam præcipitare, talis enim in Sacratissimam Virginem injurius est, & duplici damnatione dignus; sicut enim Filius omne peccatum mortale detestatur, sic & Mater ejus. Cura igitur, ut semper in statu gratiæ sis, & hoc erit tibi in peculiare solatium, & in signum prædestinationis tuæ, perine enim non potest, qui B. Virgini verè devorus suerit; audis hoc:

Verè devotus?

7. Qui olim in Arca Noë, dum universale diluvium totum ter- Gen. 7. Ze tarum inundaverat orbem, inclusi eraut, à generali interitu salvati sunt. MARIA, ait S. Joannes Damascenus, est vera saluris arca; S. Jo. Danie in illa acto tantum servatæ sunt animæ, per hanc omnes, modò ve- de Dormit. lint, vire.

0

Confideratio X. B. Virgo gratia plena.

lint, possunt salutem consequi. Illa ædisicata suit de lignis levigatis; hæc de virtutibus consummatis. Illa super aquas diluvij serebatur; hæc nullius vitij naufragium sensit. Illa nec bruta animantia exclust, sed nec MARIA peccatores, qui apud DEUM ut jumenta sacti sunt, modò seriò velint ad frugem, & dignos pænitentiæ fructus redire.

88

Finem huic Considerationi imponat prudentissimus Salomon, qui nunc ad Imperij clavum evectus, à DEO non divitias, aut honores, nec plures provincias, aut longos vitæ annos, vel plures de hostibus victorias, sed cor docile ac prudens impensissimè perijt, ut non se duntaxat, sed & populum suum regere, omnésque suas action es, qui privatas, quà publicas juxta voluntatem Divinam ordinare, ac in se

O pretiosssssima Virgo! tu non Cor docile, autsapiens, ut quondam Rex Salomon, sed cor, in quo inhabitaret Gratia Divina, à DEO s. Bern. ser. instantissime postulasti; ita tuus Mellissuus: Prudens Virgo, inquit, in Nat. Virg. non sapientiam, sicut Salomon, non divitias, non bonores, sed gratiam requirebat; & causam hujus justissimme postulationis subjungit: Nimivum sola est gratia, qua salvamar: Et quid nos alind concupiscimus fratres? Quaramus gratiam, per MARIA M quaramus, & juxta exemplum Venerabilis Patris Spinolæ de Societate JESU per SS. Cor MARIA quæramus; quid enim aliud suit in his tetris hoc pretiosssmum Cor Virginis, quam Magnes potentissimus, qui etiam ipsum DEUM de cœlo ad se in terram potuit attrahere? Ah pientissima Domina! benedicta Inventrix gratiæ! trahe & cor nostrum ferreum ad te, ut per te inveniamus gratiam sinalem & accessum apud DEUM, ut alie.

quando consummato hoc vitæ cursu ab illo audire mereamur: Venite Benedisti, &c.



CON

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN